Item renocamus et annullamus omnes et singulas indulgentias in quibus continetur
a pena et a culpa vel plena indulgentia cum peccatorum suorum et aliis que con-
cesse sunt sub formis indulgentiarum urbis anni iubilei vel sancti
sepulcri domini sancti michahelis de monte gargano sancti iacobi
in compostella et sancti marci de venetiis sancte marie de angelis alias
in porciuncula sancte marie de collomadio ac omnes alias que sic
sunt admissa indulgentiarum quibuscumque aliis concessarum et volumus
quod nullius sint roboris vel momenti quod etiam si in litteris apostolicis super dictis
indulgentiis confectis continetur talis clausula videlicet Et si contingeret
renocari presentes indulgentias in genere vel in specie quod indulgentie
ipse per easdem litteras concesse non intelligantur renocate

Renocatoria confessorum

Dudum nonnulli fratres ordinum mendicantium impetrarunt quinymo extorserunt
a nobis litteras nostras per quas conceditur eis quod possint etiam invitis et
contradicentibus rectoribus parochialium ecclesiarum predicare in ipsorum ecclesiis
et audire confessiones parochianorum ipsorum ipsosque absolvere etiam in
casibus predictis et plura alia contra decretalem pie memorie Bonifacii
pape octavi predecessoris nostri que incipit Super cathedram in Concilio
viennensi felicis recordationis Clementem papam quintum predecessorem
nostrum innovatam temere facere et attemptare presumunt et ad
nostram audientiam pervenit a prelatis fidedignis quod dicti fratres illi
qui tales potestates dicuntur habere eis mirabiliter abutuntur et quamplura
scandala subsecuntur Quapropter omnes tales potestates et litteras sub quavis forma
vel expressione verborum concessas etiam si facte essent motu proprio cas-
samus et irritamus ac nullius volumus esse roboris vel momenti

Contra fratres mendicantes potestates etc.

Item cassamus irritamus et annullamus omnes et singulas facultates atque potestates
concessas quibuscumque personis etiam fratribus ordinum mendicantium et qui-
buscumque aliis super predicando verbum crucis sub quacumque forma vel
expressione verborum etiam si litteris nostris eis super hoc concessis contineatur
quod ipsi possent absolvere personas eis confitentes sua peccata in
... taliter et eis aliquas indulgentias auctoritate apostolica con-
cedere quas quidem concessiones et litteras nostras super eis confectas
nullius volumus esse roboris vel momenti. Datum Rome apud Son